

De Phoenicis loco.

Athenaeus 530<sup>e</sup> cum haec exhibeat: Φοῖνιξ δ' ὁ Κολοφώνιος ποιητὴς περὶ Νίνου λέγων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἰάμβων· ἀνὴρ Νίνος τις ἐγένετ', ὃς ἔτῳ κλύων 'Ασσύριος δόστις εἶχε χρυσείου πόντον καὶ ταλλα πολλον πλέονα Κασπίου ψάμμου, recte Meinekius ἔτῳ κούνω correxit, χρυσίου epitoma suppeditat, deinde ultimum versum sic τάλαντα πολλῷ πλέονα Κασπίου ψάμμου

scripsit Mauricius Hauptius, in emendando epitomatoris verbis usus εἶχε χρυσίου τάλαντα πολλῷ πλέονα Κασπίου ψάμμου. Ac recte quidem καὶ abiecit, sive ad metrum supplendum additum fuit, postquam τάλαντα in ταλλα abiit, sive iam antea insertum erat a lectore, qui versus tertii verba ad χρυσίου πόντον accuratius explicandum apposita esse non intellegeret. Verum quoniam a genuina Marciani traditione proficisci utique praestat, eum in epitoma adhibenda cautione opus sit, rectius versum sic exhibebimus:

εἶχε χρυσίου πόντον,  
τάλαντ', Ἀπολλον, πλέονα Κασπίου ψάμμου,  
nec dubitabis δὲ 'Ἀπολλον exclamazione, si eadem tragicos quoque usos esse memineris, velut Euripidem Hel. 1204

"Ἀπολλον, ὃς ἐσθῆτη δυσμόρφω πρέπει, ne quid dicam de comicis in unaquaque occasione deum testantibus. Ceterum cum dicat Κασπίου ψάμμου, iccirco necessarium non est statuere ψάμμος substantivum Phoenici masculi fuisse generis. Certa documenta sunt ἄρμονία Δώριος, Λύδιος, Φρύγιος, Βοιώτιος cf. Plut. de mus. 1136<sup>c</sup>, Atheneai 624<sup>c</sup>, schol. Arist. eq. 989. Alia quidem res est in communibus, in quibus sunt quae apud antiquissimos auctores vel rarius vel saepius in genere feminino non mutantur, sicut πάτριος, apud recentiores vero magis magisque masculini terminationem retinere consuerunt, quod cum exemplis sat multis demonstrare liceat, chartae et temporis parcere malo. Unum moneo, quod exstat Athenaei 629<sup>e</sup> παρὰ δὲ Συρακοσίοις καὶ Χίτωνέας Ἀρτέμιδος ὅρχησίς τις ἐστιν ἴδιος καὶ αὐλησίς, cum ἴδιος Καιβελίο corrumpum videatur, hoc eodem pertinere, id quod probat Plutarchus m. 933<sup>f</sup> ἥτις ἴδιος ἐστιν, Marii c. 25 ἴδιος ἡ νίκη. Sed ut in viam redeamus, cum apud Aelianum in varia historia I 28 'Ρόδιον δόξαν traditum sit, Hercherus Ρόδιαν δόξαν se malle profitetur 'etsi legitur τιάρα Φρυγίων apud Alciphron. III 59'. Idem v. hist. XIII 21 τὴν ἄρμονίαν τὴν Φρυγίαν edidit, verum in adnotatione male se mu-

tasse manuscriptorum lectionem Φρύγιον concedit. Recte quidem, ut idem docet Aelianus in animalium hist. XVI 15 καὶ ὡς εἰπεῖν σύριγγας Αἴγυπτίους — sic enim traditur, nec recte fecerunt editores Gesnerum σύριγγας Αἴγυπτίας emendantem secuti. Quae res si cui dubia videbitur, ipsum Aelianum adeat hist. animalium X 21 λέγω δὲ ταῦτα Αἴγυπτίους φήμας τε καὶ πίστεις, quod adbuc criticorum fugit sagacitatem. Certe haud multo post X 23 habes ἐν τῇ Κοπτῷ τῇ Αἴγυπτίᾳ, deinde X 25 Ὁασιν τὴν Αἴγυπτίαν, sed apud eundem ibid. XIII 3 καὶ πόαι θαλάττιαι εἰσὶ iamque in eodem illo capite ἣν δὲ ἄρα θαλαττίου πόαις καὶ κράμβη ὄνομα, quam scriptoris inconcinnitatem non toleravit Hercherus, nimium, opinor, suo concedens iudicio. Nec recte τὰς Θριασίους πύλας Plutarcho eripiunt v. Periel. c. XXX, Ιονίου θαλάσσης habet Appiani proh. 3, τὰς Κιλικίους πύλας ibd. Syr. 54.

Prumiae.

L. Radermacher.